NONNULLA
DE
PUSTULA MALIGNA
ADNEXIS MORBI HISTORIIS.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS
IN
UNIVERSITATE LITERARIA
FRIDERICA GUILELMA
UT SUMMI
IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES
RITE SIBI CONCEDANTUR
DIE VII. MENS. MARTII A. MDCCCXXXV.
H. L. Q. S.
PUBLICE DEFENSURUS EST

AUCTOR
LUDOVICUS BERNHARD. GREESE
POMERANUS.

OPPONENTIBUS:
C. A. HITZEROTH, MED. ET CHIR. CAND.
D. ROSENKRANZ, MED. ET CHIR. CAND.
F. WIEDEMANN, MED. ET CHIR. CAND.

BEROLINI, TYPIS NIETACKIANIS.

VIRO

ILLUSTRISSIMO, EXPERIENTISSIMO,
DOCTISSIMO

CHRIST. LUD. NITZSCH,

MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORI, PROFESSORI IN UNIVERSITATE LITERARIA HALENSI PUBLICO ORDINARIO, DIRECTORI MUSEI ZOOLOGICI, PLURIUM SOCIETATUM LITTERARIARUM SODALI,

HAS

QUALESCUNQUE PAGELLAS

PIO GRATOQUE ANIMO

OFFERT

AUCTOR.

PRAEFATIO.

Quum a juvene experientia in medicina carente res studiis doctissimorum virorum exploratas atque illustratas, denuo tractari inutile et praeceps sit, jam dudum mihi de morbo quodam scribere et dissertatione inaugurali eum perlustrare proposueram, cujus decursum ipse non solum accurate et studiose, sed etiam crebrius observassem. Fortuna prospera pustulam malignam saepius mihi observandam obtulit, quippe quae recentioribus temporibus, in illis Saxoniae regionibus, ubi adhuc versatus sum, valde pervulgatus morbus esset et mihi ipsi septies in variis individuis diligenter eam observandi occasio data esset, quorum morbi historias quatuor lectoribus benevolis enarrare mihi liceat, de pustula maligna universe atque generatim locuto.

NONNULLA DE ORIGINE ET EXTENSION GEOGRAPHICA PUSTULAE MALIGNAE.

Quamvis non dubito, quin jam antiquissimi temporibus Graecis Romanisque pustula malign nota fuerit, praesertim quum jam Homerus prim Iliadis libro, Ovidius Naso septimo libro meta morphoseon, Dionysius Halicarnassensis, Lu cretius, Livius et alii pustulae malignae men tionem faciant, tamen nonnulla symptomata ab ii commemorata, non plane pustulae malignae nostra convenire videntur.

Virgilius (1) de lue pecorum verba facit e Celsus (2) similem describit carbunculum pustu lae malignae. Thomassin (3), Enaux et Chaus sier (4) sub finem prioris saeculi viventes, de pustul maligna copiose scripserunt. Bayle (5), Belot (6)

---

(1) Virgilii Maronis Georgicon Lib. III. ver. 471—74, 47 —82, 498—518.

(2) A. C. Celsi de medicina cap. XXVIII. Sect. 1. pag 284. Argentorat. 1806.

(3) Thomassin Diss. sur la charbon malin de la Bourgogn ou la pustule maligne etc. Dijon 1780. 8. Basel 1782. 8.

(4) Enaux et Chaussier. Méthode de traiter les morsu res des animaux. Dijon 1783. et de la vipère, suivie d'un précis su la pustule maligne 1785. 12.

(5) G. L. Bayle considérations sur la nosologie, la médi cine d'observation et la médicine pratique suivies d'observation pour servir à l'histoire des pustules malignes. Paris 1802. 8.

(6) Vit. H. G. Belot Dissert. sur la pustule maligne. Pari 1804. 4.

Davy-la-Cheorie (7), **Hopf** (8), **Gautier** (9), **Schrader** (10), **Regnier** (11), **Hoffmann** (12), et alii scriptores Galliae et Germaniae initio hujus saeculi, novissimisque temporibus hujus morbi naturam exposuerunt.

Pustula maligna diversis in orbis terrarum partibus, meridionalibus imprimis, observata est, antiquissimis tamen temporibus rarius, quam recentioribus, quod et experientiae defectu vitioque diagnosis, quae eam a similibus morbis male distingueret, factum esse videtur. Memoratu etiam digna **Hoffmanni** sententia est, qui se pustulam malignam novissimis temporibus saepius sinistra in Saliae fluminis ripa, quam prioribus, multa exempla afferens, observasse contendit. In Gallia, Helvetia, Germania, Hungaria, Polonia, Russia occidentali, Sibiria (13), India orientali et occidentali, sicut hoc

---

(7) **Davy-la-Cheorie** Diss. sur la pustule maligne. Paris 1807. 4.

(8) **Hopf**, Beobachtungen u. Bemerkungen über die schwarze Leber-Krankheit, Altenburg 1812. 8.

(9) C. G. **Gautier**, considérations générales sur la pustule maligne etc. Paris 1810. 4.

(10) L. **Schrader**, über die Natur des Milzbrandes der Thiere und des Milzbrand-Carbunkels bei den Menschen, dessen Verhütung und Behandlung. Magdeburg 1828.

(11) J. K. **Regnier** de la pustule maligne etc. Paris 1823. 8.

(12) J. F. **Hoffmann**, der Milzbrand oder contagiöse Carbunkel der Menschen. Stuttgart 1827. 8. Idem. Neue practische Erfahrungen über den Milzbrand-Carbunkel. Stuttgart 1830. 8.

(13) Dr. **Erdmann**, Auszug aus den Annalen schol. clin.

anno in regione Herciniae et tota in Saxonia pu-stula maligna crebrius, quam annis praeteritis, cau[sa] adhuc inexplorata, visa est.

Varia hujus morbi nomina:

Carbunculus contagiosus, Polonicus, Gallicus, Hungaricus, septentrionalis, pustulosus; pustula ma-ligna, livida, gangraenosa; pustula livida Esthoniae pustula Sibirica, gangraenescens; pustule maligne puce maligne, feu Persique, Bouton malin; Pemphi-gus Hungaricus, anthrax, anthracophlyctes (14) Czarna Krosta, Polkavar. *Contagiöser oder Milz-brand-Karfunkel, schwarze Blatter, Pocke, Milz-brand, bösartige Pustel, Blatter, Milzbrand-Blatter ungarische Brandborke.* Usitatissimum nomen es[t] pustula maligna, *Milzbrand.* — Priusquam ad ipsam pustulae malignae transeo descriptionem, pauca d[e] dividendi hunc morbum ratione praemittam.

Plurimi, qui hanc rem tractaverunt, quatuor hujus morbi stadia jure statuerunt. Enaux e[t] Chaussier(15) divisionem hanc sequuntur, contra Schrader (16) tria stadia, stadium prodromorum

---

med. Dorpat. anno 1818. 19. 20. in Horns Archiv für medizini-sche Erfahrung 1822. Jan. Feb. p. 188. Erdmann, Beiträg[e] zur Kenntniss des Innern von Russland. 1 Thl. S. 163. vom Gou-vernement Kasan.

(14) Callisen, System der neuern Chirurgie. 2. Bd. p. 207

(15) Enaux et Chaussier l. c.

(16) Schrader l. c. p. 51.

morbi, acmes, decrementi instituit, et quatuor gradus minime probabiles affert, quorum primum et secundum morbis aliis similius est, quam pustulae malignae.

Hoffmann (17) posuit:

A. Pustulam malignam cum exanthemate.

1. Pustulam malignam cum affectione totius organismi.

2. Pustulam malignam sine affectione totius organismi.

B. Pustulam malignam sine exanthemate. (18)

Quae quidem Hoffmanni divisio mihi prorsus displicet, quia pustula maligna, sine exanthemate, omnium scriptorum consensu in homine saltem, nondum observata est.

Haec de aliorum dividendi hunc morbum ratione. Mihi quidem alia, quam jam allaturus sum, morbi naturae magis convenire videtur.

I. Pustula maligna cum affectione totius organismi in tertio et quarto stadio.

II. Pustula maligna cum affectione organorum gastricorum, praecipue hepatis, lienis simul systematis vasorum nervorumque.

---

(17) Hoffmann l. c. p. 12.

(18) Dr. Meyer, Hufeland's Journal 1822. 3. St. S. 89. — Hoffmann l. c. 162. — Hopp, 5. Band Jahrbücher St. A. K. S. 189. — Erdmann, Natur- und Heilkunde 2. Bd. 1. Thl. — Bojanus, Annal. zur Kenntniss und Behandlung der wichtigsten Seuchen unter den Hausthieren.

III. Pustula maligna cum affectione systematis nervorum, vasorumque.

IV. Pustula maligna cum inflammatione cordis vasorumque auctore Erdmanno. (19)

I. Pustula maligna cum affectione totius organismi in tertio et quarto stadio.

Stadium primum.

Aeger subito loco quodam corporis plerumque a vestimentis non obtecto, pruritum persentit, muscae aut culicis ictu effecto simillimum, qui ad cutis affectae perfrictionem invitat. Paulo post papula, deinde vesicula apparet, fricata atque rupta nigram siccamque maculam praebens. Posthac pruritus in ardorem doloremque, per totum membrum diffusum, vertitur. Locus infectionis ipse vel longum vel breve per tempus sine ullo doloris sensu est. Mox vesicula illa aut macula, usque ad pisi magnitudinem increscit, et vesicula nondum aperta, colorem subnigrum, fuscum trahit, humorem semipellucidum, subrubicundum continens.

Stadium secundum.

Cutis in circuitu pustulae tumescens intenditur, ac leviter rubra, livida, ipsa autem vesicula subli-

---

(19) Hoffmann l. c. 142.

vida redditur. Color et durities in horas aucta, digiti impressionem retinet. Pruritus atque ardor augetur, et tumor circa pustulam fere sextam partem pedis aequans apparet. Glandulae intumescunt, vasa lymphatica inflammatione correpta instar funiculi rubri ad glandulas porrecta sunt (20).

Stadium tertium.

Pustula seu macula magnitudinem fabae assecuta, circulo vesicularum circumdatur, quae colore tinctae livido, subnigro, lympham continent vel mitem (21) vel corrodentem, quarumque majores ambitum tumoris proxime tangunt, minores remotius apparent. Eodem tempore pustula primitiva valde inflata saepe ingentem magnitudinem assequitur. Praeterea etiam singulae vesicae extra circulum, tumidam supra cutem eminentes oriuntur. Vesicula adhuc integra jam rumpitur et in escharam nigram, duram, siccam, gangraenescentem vertitur. Tali modo pustula maligna magnitudinem sextae partis pedis assequitur, organismus vero reliquus, exceptis doloribus, qui in loco contagio inquinato sentiuntur, non affi-

---

(30) Remer, Hufeland's Journal der praktischen Heilkunde. 38. Band p. 62. — Dr. v. Gaertner in v. Graefes und v. Walthers Journal der Chirurg. 4. Band 3. Hft. p. 403. — Hufeland's Journal 5. Stück. 1820. S. 113. — Wolff in Horn's Archiv 1821. Juli und August. S. 39.

(21) Schrader l. c.

citur. Circulus phlyctaenarum constanter stadium tertium significat. Tumore, calore gradatim aucto rubor sensim in erysipelatosum colorem vertitur et proxima a pustula pars colorem intense rubrum seu fuscum trahit. Partes correptae plus minusve, quo minus functionibus suis praesint, impediuntur.

Stadium quartum.

Hoc in stadio organismus antea minus perturbatus, valde laborare incipit. Sphacelus enim et in latitudinem et in altitudinem rapide progressus, vicinas partes destruit et magnitudinem immensam assequitur. Ardor et dolores in sphacelo augentur et aeger morosus et debilis redditur, pulsus parvus mollis, filiformis, intermittens est. Cibos aegri non appetunt, nausea, vomitus biliosus, mucosus, cruentus accedit. Sitis aut nulla adest aut non extingui potest, propter aestum internarum partium, lingua sicca, flavo vel fusco nigrove tegmento obducitur. Calor mordax frigusque invicem se excipiunt, praeterea doloribus capitis, anxietate praecordiali aeger laborat. Respiratio anxia, stridosa redditur. Urina et excrementa, quae antea retinebantur, relaxatis sphincteribus proruunt et aeger vel convulsionibus

---

(22) Dr. Schilling in Rust's Magazin. 11. Band 3. Heft p. 480. — Dr. Seidler ibid. — Dr. Erdmann l. c. — Dr. Dzondi, Lehrbuch der Chirurgie. Halle 1824. p. 313.

vel colliquatione (22) vel paralysi pulmonum mortem subit.

II. Pustula maligna cum affectione organorum gastricorum, praecipue hepatis, lienis, simul systematis vasorum nervorumque.

Nonnullis horis post infectionem peractis, organa gastrica afficiuntur. Nam in regione epigastrica impressionis sensum aeger percipit, nausea, vomituritiones, vomitus biliosus, cruentus, vel corruptas materias effundens accedunt. Lingua flavo tegmento obducitur, gustus amarus, biliosus, sitis, aut non exstinguenda, aut nulla, cum acidorum desiderio adest. Hepar et lien digitis pressus dolorem percipit. Ructus et crepitus ventris audiuntur, sedes biliosae aut cruentae fiunt. Aeger urinam dissolutam, subfuscam, foetidam cum sedimento bilioso, subnigro mittit. Abdomen tympanice intumescit, aeger debilior fit. Pulsus prius paullulum durus, plenus, decrescit et parvus, intermittens redditur. Sensorium commune affectum esse, vertigo, susurrus aurium testantur. Turgor vitalis, plane evanescens, cutis rigida, sudore viscoso obtecta, facies hippocratica, deglutitio potus cum crepitu sonoro juncta de aegri vita agi pronuntiant, pustula ipsa in periculosam extensionem non solum quoad latitudinem, sed etiam magis quoad altitudinem adaucta.

III. **Pustula maligna cum affectione systematis ner-vorum vasorumque.**

Aeger sollicitus, inquietus, anxius, vertigine la-borans, in lectulo jactatur, de doloribus in basi cra-nii atrocissimis et per singula corporis membra praecipue inferiores extremitates, vagantibus, con-querens, inter somnum deliriis furiosis et stridore dentium cruciatur. Extremo in statum soporosum ex quo vix excitari potest, incidit. Respiratio stri-dula, clangosa, tussiculae juncta est. Pulsus tardi pleni, tremuli atque intermittentes fiunt, et pertur-bationes organorum gastricorum adauctae aegrum colliquatione consumunt.

IV. **Pustula maligna cum affectione systematis va-sorum et cordis Erdmanno auctore.**

Aeger statim ab initio morbi maxima virium prostratione laborans, lingua rubra, sicca, siti ma-xima, appetitu plane deficiente, febri his sympto-matibus intrante, corripitur. Frigus, quod initio cum calore alternabat, constanti aestui cedit. Pul-sus durus, plenus, frequens fit, cor et arteriae valde excitantur, anxietas praecordialis terribilis, cum do-loribus juncta, cursum vasorum sequentibus sinistro in humero suraque fixis, vertigo, caput instar pon-deris vix ferendi in aegrum incumbens, cruciant. Pulsus antea plenus, frequens, sensim sensimque in

parvum, intermittentem, vacuum mutatur. Organa respirationi inservientia, valde prostrata sunt, quae omnia symptomata, venaesectione satis copiosa instituta, decrescunt. Urina aut parce, colore limpido aut rubro mittitur, aut plane sicuti faeces retinetur. Hoc modo aeger, si nulla medela adhibetur, pustula maligna rapide magnam extensionem assecuta, brevi vita decedit.

Singula inter stadia tam brevia plerumque sunt intervalla, ut vix distingui possint, nonnunquam autem morbus tanta vehementia homines invadit, ut viginti quatuor horis stadia sua percurrens, morte finiatur. Quamvis exiguus eorum sit numerus, qui huic atrocissimo malo non succubuerunt, tamen Hoffmanno (23) et Chelio (24) auctoribus, exempla exstant, pustulam malignam rarissime, natura medicatrice sanatam esse. Sphacelus enim usque ad certum finem progressus et suppuratione solutus, ulcus purum relinquit, quod pro extensione varia, vel breviori, vel longiori temporis spatio cicatrisatione clauditur.

Decursus stadiorum, etsi pro extensione pustulae impetuque morbi valde variat, in universum ta-

---

(23) Hoffmann l. c.

(24) Chelius, Handbuch der Chirurgie. 1. Thl. S. 15.

men ex omnium fere scriptorum consensu hoc tem-pus singulis stadiis tribuitur:

Stadio primo viginti quatuor usque ad triginta se[x] horas.

Stadio secundo circiter duodeviginti.

Stadio tertio horae quadraginta octo usque ad se-ptuaginta duas.

Stadio quarto incertum tempus, ita ut mors raris-sime post nonum diem vitam debellet (25).

SECTIO.

Etsi corporis partes omnes contagio corripiun-tur, praecipue tamen tela cellulosa prope pustulam mutata, dura, granosa et in gelatinosam massam conversa invenitur (26) neque sola sub cute, sed etiam in cavo abdominis, iisque in partibus, quibus magna copia telae cellulosae adhaeret, haec massa accumulata est. Simili modo circa mesenterium omentumque gelatina exsudata est. (27) Praeterea cava omnia corporis, liquore flavo aut sanguine pu-trido dissoluto, impleta sunt. (28) Ventriculus, tu-bus intestinalis praecipue autem membrana mucosa quae has partes obducit, pluribus locis inflammata

---

(25) Larrey l. c. Vol. I. p. 52.

(26) Hoffmann l. c. p. 72.

(27) Larrey l. c. p. 54. — Chubert, Flandrin, Hu-zard vollständiges Handbuch der Vieharzeneikunst, a. d. Franz. Berlin 1798. pag. 302.

(28) Meyer in Hufelands Journal l. c. pag. 92.

intense rubra seu gangraenosa, foetidam putridamque massam continet. Ante omnia autem hepar et lien tumidus, sanguinis dissoluti magnam copiam continet, eorumque parenchyma facile disrumpi potest. Pectoris organa imprimis pulmones inflammata sunt, saccus pleurae magna seri copia impletus est. Pulmones ipsi putridi, cor et vasa sanguifera sanguine dissoluto turgent, atque in pericardio liquor flavus copiose secretus est, dura mater et cerebrum ipsum emollitum, praecipue in animalibus (29), sanguine nigro scatet. Cadavera celeriter putrescunt (30).

AETIOLOGIA.

Pustula maligna, quae in animalibus sponte oritur, ad homines semper contagio transfertur, quamquam a nonnullis negatur (31). Etsi in bubus, ovibus, capris, suibus, cervis, capreolis (32), omnino in herbivoris adhuc observata est, tamen animalia omnia calida contagio infici possunt. Bojer (33) hunc morbum in hominibus quoque sponte oriri posse contendit, quare pustulam malignam non contagiosam a contagiosa discernit. Aves ipsae saepe

(29) Frid. Pilger, systematisches Handbuch der Veterinair-Wissenschaft. Giessen 1803. p. 1046.
(30) Bojer l. c. p. 73.
(31) Bojer l. c. p. 67.
(32) Glaser apud Schrader l. c. p. 17.
(33) Bojer l. c. p. 67.

morbo invaduntur, quando cum rebus, contagio i fectis, inquinantur.

In pecoribus vel sporadica, vel endemica v epidemica observatur (34), epidemica tamen ut fi contagium ab inviduo ad individuum transferat necesse est (35). Contagii natura fixa est, et p contactum ab organismo recipitur. Loca omn praeter pilosas partes inficit (36), facillime aute partes vel epithelio obductas vel denudatas. P pulmones contagium interdum in organismum tran latum esse, affirmat Hoffmann. Etsi per complu res annos rebus contaminatis adhaerere potest, vi ejus tamen vix paululum infringitur. Attamen vivis animalibus receptum secundum optimos auto res celerius organismum affligit, quam a rebus cor ruptis insorptum. Secundum Hoffmanni experi menta contagii natura alcalina est (37), quod equi dem experimentis meis accuratissime institutis com probare nequéo. Ceterum experimenta, quae Hoff mann de contagii natura chemica instituit, ade omni diligentia carent, ut fides iis habenda non sit Propter naturam alcalinam contagium calce viva ex tingui non posse, arbitratur, quod quidem infectio nibus, quae coriis, solutione calcis vivae demersi

---

(34) Elsneri Beiträge zur Fieberlehre. Königsb. 1782.
(35) Erdmann l. c.
(36) Bojer l. c. vol. II. p. 66.
(37) Hoffmann l. c. pag. 262.

actae sunt, satis declaratur. Omnes partes, pustula naligna laborantes, in homine morbum istum pro-ocare possunt, praecipue tamen lympha, sanguis, xcretiones narium atque alvi, saliva, caro, ossa, ana, pili.

De causa pustulae malignae in animalibus ad-uc nihil certi constat, hoc tamen ex medicorum bserxationibus patet, aëris certam indolem (38), egiones montosas, paludosas, pabulum corruptum, nultum, quando organismi conditio non deest, ad am provocandam conferre. Observatum est, Hoff-nanno (39) auctore, animalia pinguia multo faci-ius, quam macida, contagio corripi.

Jam supra commemoravi, non solo contactu pus esse ad contagium in organismum transferen-lum, cum pulmonibus quoque recipiatur. Impri-nis carnem, ipsam coctam comesam, organismum eleriter profligere (40) permulti testantur, hujus amen usum sine ullo detrimento fuisse, nonnulli bservarunt (41).

---

(38) Grünfelden p. 65.

(39) Hoffmann l. c. 237. — Grünfelden in Kopps ahrbuch der Staatsarzneikunst. 5r Band. pag. 67. — Waldin-er, Beling, Kausch memorab. 83.

(40) Enaux et Chaussier l. c. — Hufelands Journal. lten B. 5. Stück. p. 113. ibid. 33 Stück. d. 61. — Rust Mag. 561 H. p. 117.

(41) Morand, Duhamel, du Mouceau diction. d. sc. ned. Tom. XLVI. p. 263. — Thomassin in Bojer l. c. p. 60.

Facillime contagium organismum invadit, lo tenui epidermide obtectis aut vulneratis applicatu itaque brachia, pedes, faciem praecipue infes Etsi unusquisque ex omnium observationibus c tagio corripi potest, imbecilliores tamen et dysc sia laborantes vel ex morbo convalescentes, t etiam virili aetate florentes et praecipue feminae infectionem propensiores sunt, quam infantes, nes, robustiores (42). Contagium ab homine hominem transferri posse et in Germania et in G lia observatum est (43).

Frequentissime hic morbus pastores, lanione carnifices, coriarios, lanificos aggreditur, quia i saepissime cum istis animalibus ipsis, et cum rebu ad haec pertinentibus, negotia sunt.

Quum a dolore pungente morbus saepe inc pere soleat, nonnulli scriptores insecta, quibus S ricis-Gigantis (44) et Tabani bovini (45) n men indiderunt, ut contagii translatores hujusc morbi auctores inculparunt. Versari tamen eos i

---

— Schlegel, Rust Mag. 18. B. 2. H. p. 333. — Hoffman l. c. p. 96. — Müller, Hufl. Journ. 33. B. 3. p. 74.

(42) Larrey l. c. vol. I. p. 52.

(43) Bojer l. c. p. 67. — Rust Mag. 18. B. 2. H. p. 334 — Hufeland Journ. 18. B. 1. St. p. 124. — Kopps Jahrbuc 5. B. p. 76. — Diction. d. scienc. med. l. c. p. 261.

(44) Glaser apud Schrader l. c. p. 25.

(45) Diction. d. sc. med. l. c. p. 262. — Bertrandi vo den Geschwülsten p. 120 not. — Delpech maladie chir. Tom. I. p. 119.

rrore ex eo patet, quod non solum temporibus nni insectis commodis, ut vernali et aestivali, sed tiam autumnali, et hiemali iis infesto, homines saeius infecti sunt. Quis autem unquam insectum idit? —

DIAGNOSIS.

Praecipua momenta, quibus diagnosis nititur et onfirmatur ante omnia in rapiditate, qua morbus tadia sua percurrit, versantur; deinde in tumore ocorum affectorum ingenti, duritie maxima sine iagna inflammatione, pustula sublivida, lympham mpidam seu flavo-rubram continente, rupta escham siccam relinquente, gangraena ab externis parbus magis superficialibus ad internas transeunte, rius musculos et ossa corripiente, sed plerumque tela cellulosa commorante.

Tertii stadii symptoma characteristicum circus vesicularum est, escharam proxime tangens, una m gangraena progrediente auctus. Aetiologia morbi aximi momenti est ad diagnosin confirmandam.

Plerumque enim pustula maligna nudis in corris partibus, ut in facie, brachiis, manibus oriri let, in iisque vel unum vel plura loca simul instans. Facillime etiam homines sive cum animaus ipsis sive cum rebus ad illa pertinentibus rem bentes aggreditur. Morbos pustulae malignae in ngulis stadiis simillimos multis verbis exponere et

a proposito meo alienum est et in Hoffmanni (46) libro summa diligentia factum est. Itaque nomi[illegible] tantum eorum in memoriam lectorum benevoloru[illegible] reducere sufficiat. Sunt autem:

Furunculus verus.

Abscessus gangraenosus, furunculus gangraen[illegible]sus seu malignus, pruna, carbunculus, anthrax, ign[illegible] Persicus.

Zona, cingulum, zoster, ignis sacer.

Erysipelas gangraenosum, malignum, carbun[illegible]culus septentrionalis.

Carbunculus Polonicus, Czarna Krosta.

Carbunculus gallicus, Puce maligne.

Pustula livida, auctore Erdmanno.

Pemphygus Hungaricus, Gokowar.

Ictus insectorum venenum gerentium.

PROGNOSIS.

Quamquam non dubito, quin pustula malign[illegible] interdum natura medicatrice sanetur, quod nonnul[illegible] scriptores exemplis satis declaraverunt (47), tame[illegible] hic morbi eventus rarissimus est, ita ut neglect[illegible] semper lethalis haberi possit, celeriterque morte[illegible] afferat, aegris non supra nonum diem ab eruption[illegible] pustulae et reactione organismi contra contagiun[illegible]

(46) Hoffmann l. c. 170.

(47) Hoffmann l. c. — Chelius l. c. 1. p. 15.

viventibus. Exstant tamen exempla, pustulam malignam post sex demum hebdomades lethalem fuisse probantia, ea tamen restrictione, ut de integro alia in corporis parte eruperit, pustula primitiva plane sanata.

Maximi autem momenti character morbi est. Pustula enim maligna cum affectione totius organismi in tertio et quarto demum stadio pejoris prognoseos est, ceteris, quia in primo et secundo stadio morbus adhuc localis remediis efficacibus tolli potest. Cetera omnia genera prognosin valde dubiam reddunt, cum remedia interna plerumque nos deserant, optatum effectum in organismum non adducentia, quia contagium resorptum delere et ex organismo expellere non valent. Pessima autem prognosis in pustula maligna cum affectione cordis vasorumque est. Quamvis enim cura antiphlogistica in ea multum valet, anceps tamen remedium est.

Attamen ex observationibus Erdmanni constat, aegros interdum venaesectione satis magna, tempore instituta, sanatos esse. Deinde sedes morbi multum ad prognosin facit; ubi enim in extremitatibus aut superioribus aut inferioribus apparet minus periculosa est, quam in collo, facie, praecipue in oculorum circuitu, cum et oculi ipsi morbo funditus evertantur, et in palpebris ectropium et lagophthalmos remaneat.

Saepe etiam, si pustula in facie conspicua est,

una cum inflammatione externarum partium cerebrum ipsum afficitur. Periculosissima est et in collo in vicinitate organorum respirationi inservientium posita. Fieri enim potest, ut homines, in regione tracheae laryngisque ex pustula laborantes, propter tumorem ingentem mortem apoplecticam vel suffocativam obeant, non solum respiratione impedita, sed etiam sanguinis venosi circulatione in cerebro praepedita.

Valde dubia prognosis est, si pustula, secundum stadium transgressa, contagio in organismum recepto, omnia corporis systemata perturbat. Melius prognosis se habet, si contagium tempore debilitatum minimaque tantum ejus pars in organismum translata est. Robusti validique homines, aetate vigentes, pustula maligna difficilius interficiuntur, quam debiliores et morbis aut praeteritis aut perdurantibus jam delibilitati; in iis qui dyscrasia quadam laborant, characterem malignum assumit, idemque valet de iis, qui vino et spirituosis dediti sunt, et sunt qui dicant, nullum ebrium pustula maligna non esse trucidatum. Mulieres gravidae abortum edunt (48) liberis, senibus feminisque pustula maligna periculosior est, quam viris (49). Calor et frigus statusque aëris (50), ut in omnibus morbis,

(48) Diction. d. scienc. med. Tom. XLVI. 264.

(49) Bojer l. c. p. 65.

(50) Gruenfelden p. 65.

ita praecipue in pustula maligna multum valet. Aëres humidi, nebulosi, tempus brumosum, et regiones paludosae pustulae malignae sunt adjutores morbumque maxime malignum reddunt (51). Periculum ut avertatur, celerrimum auxilium maximi est momenti, quod si aut deest aut non satis energice instituitur, de vita desperandum est.

CURA.

De cura prophylactica cum jam Veith (52), Causch (53), Schrader (54) copiose scripserint, equidem hanc rem praetermittam.

Ante omnia contagium celeriter extinguendum et ex organismo expellendum est. Cui indicationi remediis mechanicis, chemicis, dynamicis satisfacere possumus.

Ubi autem primae indicationi propter extensionem pustulae, affectionemque totius organismi satisfacere nequimus, ut remediis vel externis vel internis organismum ita mutemus, ut contagium vel plane ejiciat, vel vim ejus periculosam devincat, superest. Remedia, contagium donec locale esse videtur, extinguentia, haec sunt:

---

(51) Hoffmann l. c. 238. — Beling, Froriep Notizen. No. 129. März 1824.

(52) Veith, Veterinair-Kunde.

(53) Kausch über den Milzbrand. Berlin 1805.

(54) Schröder l. c.

Excisio totius partis pustula maligna affectae (55). Quae quamvis, singulis in individuis contagium plane evellat, si pustula circumscripta et locis excisioni aptis posita est, tamen tantum detrimenti afferre potest, ut rarissime adhibenda sit. Plerumque enim quanta sit pustulae extensio, bene perspici nequit, unde sequitur ut vel particulae infectae remaneant, vel non infectae cultro auferantur. Itaque in pustula maligna superficiali ab hoc cruento remedio abstineamus, praesertim quum alia aptiora nobis praesto sint remedia. Accedit quod commoda omnia excisionis cauterium praebeat, incommodis istis careat. Namque non solum facillime applicatur, sed etiam spes contagium plane exstinguendi major est, quam in excisione. Adjuvatur cauterii applicatio incisionibus, si pustula maligna in altitudinem nimiam penetrat et eschara tam crassa obtecta est, ut aditus cauterio ad partes interiores non pateat.

Restat nunc, ut cauteria singula recenseam, inter quae primum locum occupat kali causticum, quia non solum profunde diruit, sed etiam secundum scriptorum observationes pro specifico contra contagia haberi potest. Incommoda tamen non plane evitanda haec habet, ut saepe fines propositos tran-

---

(55) Larrey l. c. — Herbst, Hufelands Journ. 55. Bd. 6. St. p. 99. — Hoffmann l. c. p. 101. — Schrader, Rust Mag. 23. Bd. 3. Hft.

siens, partes sanas corrodat. Conf. secundam morbi historiam.

Argentum nitricum fusum non tam in alitudinem penetrat, quare in initio morbi adhibetur. Ceterum etiam hoc in stadio non multum valet, quod historia quarta satis declarare videtur, ubi post applicationem lapidis infernalis, pustula maligna brevi tempore post denuo orta est.

Liquor stibii muriatici post excisionem pustulae adhibendus est, quia ad omnes partes contagio affectas penetrare pro natura liquida sua optime potest.

Acida mineralia et vegetabilia non satis valida sunt remediisque commemoratis cedunt.

Ferrum candens (56) et propter effectum ipsum et reactionem organismi circa loca adusta remedium sane optimum esset, nisi ejus applicationem aegri valde timerent locisque nonnullis, nisi maximo cum periculo, admoveri non posset.

Scarificationes (57) et applicationes cucurbitarum non multo post infectionem utiles esse possunt, experimenta Barrii (58) de viro viperarum, si comparamus ubi revera virus cucurbitis

---

(56) Celsus lib. V. cap. 28. — Bojer l. c.

(57) Larrey l. c. vol. I. p. 52. — Chaussier et Orfila.

(58) Barrys Versuche über die Wirkungen des luftleeren Baums (des Schröpfkopfs) bei Behandlung vergifteter Wunden in Horns Archiv. Jahrg. 1827. März, April, cap. V.

resorptum est. Desunt autem hujusmodi experimenta.

Si pustula maligna tantam extensionem assecuta est, ut applicatio causticorum periculosissima sit, remedia ea adhibenda sunt, quae non solum resorptionem contagii impediunt, sed etiam organismum adeo mutant, ut gangraena non progrediatur. Praecipua hujusmodi remedia acida mineralia et vegetabilia sunt, ut acidum sulphuricum, nitricum, muriaticum, phosphoricum, aceticum, non concentrata sed diluta adhibenda. Inter quae aqua oxymuriatica et natron muriaticum oxygenatum (59) primum locum obtinent.

Aqua calcaria, myrrha, camphora, pulvis carbonum, terebinthina et olea empyrheumatica, acidum pyrolignosum externe adhibita, adjumentis optimis adnumeranda sunt.

Huc quoque, adstringentia, ut cortex chinae, quercus, hippocastani referenda sunt, praeterea excitantia volatilia: species aromaticae, resolventes ad fomenta. Arnica, spiritus camphoratus, acetum camphoratum, spiritus vini ad cataplasmata. Interdum fumigationes e baccis juniperi, olibano, myrrha, benzoë, mastige, styrace et aliis resinosis, tumidas partes validiores reddere possunt.

Utimur autem remediis internis, quando conta-

---

(59) Ex Cullerieri et Labarraquesi observationibus.

gium non amplius locale est, sed jam ab organismo receptum omnia systemata seu singula organa affligit et perturbat.

Ubi organa gastrica maxime morbo afflicta sunt, emeticum primum locum obtinet (60). Non solum enim saburras cruditatesque ejicit earumque effectum perniciosum in organa gastrica repellit, sed etiam totum organismum conquassans remedium et excretiones alvi auget et circulationem sanguinis praecipue in vena portarum adjuvat.

Tonica.

Acida mineralia et vegetabilia non solum ut antiphlogistica et antiseptica laudantur, sed anticontagiosa vocari possunt. Praecipue acidum sulphuricum hujusque praeparata, mixtura sulphurico-acida, tinctura aromatica acida, primum locum obtinent, etiam acidum muriaticum et acidum nitricum in pustula maligna non sunt rejicienda. Acidum muriaticum oxygenatum a plurimis medicis in forma aquae oxymuriaticae adhibetur.

Excitantia tonica.

Inter haec cortex chinae externe et interne adhibitus, et praeparata ejus, infuso decoctum, solutioque extracti, aut frigide aut calide parati, princi-

---

(60) Larrey l. c. et Hoffmann l. c.

patum tenent. De alcalibus in cortice Peruviano detectis, ut chinino cinchoninoque experimenta desunt, ita ut eorum in hoc morbo vis in dubio adhuc versetur. Radix caryophyllatae, cortex cascarillae, cortex angusturae verae, chinae vim adjuvant.

Excitantia volatilia.

Valeriana, serpentaria, arnica, calamus aromaticus, camphora, oleum cajeputi, imperatoria, praeparata ammonii, moschus, castoreum, olea aetherea et empyrheumatica, singulis in stadiis generibusque pustulae malignae utilia esse possunt.

Ceterum, quibus singulis in pustulae malignae generibus singula remedia adhibenda sint, ex sequentibus historiis optime elucet.

PRIMA MORBI HISTORIA.

Amalia Naumann, Beuchlitzensis, novem annos nata, octavo die mensis Octobris anni 1833, cum ante quatuor dies magno cum pruritu atque ardore, in mento vesicula livido-nigricans, quae rupta fuscam lympham secernebat, sensim apparuisset, in scholas clinicas medicas Halenses venit. Accedit, quod mentum in vesiculae circuitu, tum etiam facies et collum ita intumuerat, ut per nonnullos dies aegra oculis commode uti non potuerit. Quoquidem tumore postea paululum minuto, pustula ipsa in horas crevit, nigrumque ichorem secernere coe-

pit; simul nonnullae vesiculae priori similes, fundo rubro, in primitivae circuitu in conspectum prodierunt. Primitiva tamen vesicula, valde aucta, et magnitudinem grossi assecuta, in escharam nigram, cavatam, siccam mutata est, cujus circuitus albidus, bullosus, tumidus, durus, doloris autem expers thaleri magnitudinem habebat. Ceteroquin puellula bene se habebat, nec ullum corporis systema perturbationibus affectum erat.

De causa morbi certi aliquid puella afferre non poterat, accuratius tamen de causa morbi inquirenti mihi, boves permultos in regione ista pustula maligna laborantes mortuos esse, affirmavit.

Correptis locis lapide caustico admoto, parva sanguinis copia e vulnere profluxit, doloresque, caustico orti, nonnullas horas perdurarunt.

Postero die loca infecta flava, mediaque in parte nigra facta sunt, et quodvis vestigium vesicularum evanuit; causticum tamen collum corrosit superficialiter.

Abhinc puellula rarius scholas clinicas frequentavit.

$\frac{11}{10}$ Escharis suppuratione ab integris partibus dissolutis, ut suppuratio benigna redderetur, cataplasmata emollientia, ex avena excorticata et mica panis parata continuo adhibita sunt.

$\frac{22}{10}$ Crusta plane soluta erat, ulcusque optimas

granulationes praebebat, quae ne fungosae redderen-
tur, solutio lapidis infernalis adhibita est:

℞ Argent. nitr. fus. ℈j
Aq. fontan. destill. ℥vj
M. S. Ad usum externum.

$\frac{3}{1}\frac{1}{2}$ Ulcus cicatrice deformi non relicta plane sa-
natum est.

SECUNDA MORBI HISTORIA.

Ferdinandus Seidler, Halensis, quinque annos natus, jam infans vaccinatus, et bona adhuc valetudine semper usus, excepto vulnere frontis quod ante sex menses, in lapidem lapsus, acceperat, corpore firmo validoque instructus, die sexto mensis Junii, anni 1834, tempore pomeridiano, subito molesto pruritu atque ardore inter pollicem digitumque indicem dextrae manus affectus, dorsum volamque manus paullo post intensam esse, sensit, qui dolor paullatim usque ad antibrachium diffusus est. Nonnullis deinde horis peractis, partes istae calidae, tumentes adeoque durae factae sunt, ut digiti tactu impressiones non relinquerentur, quamquam cutis colorem nativam, fere immutatam, retinebat. Sub vesperam pruritus ille atque ardor molestior factus est, aegerque totam per noctem ita imaginibus vexatus est, ut somnum vix capere posset, ubi autem paullulum ei se dederat, imaginibus istis furiosis deliriisque ex somno excitaretur.

Apparuit autem per noctem inter pollicem et igitum indicem loco eo, quo primum pruritum senerat, vesicula, colore livido-nigricante semipellucida, ıagnitudine fabae minoris, supra cutem non mulım erecta, quae aperta flavum humorem emisit et pidermide remota, nigricantem atque gangraenosam utem ostendit, cujus in circuitu vesiculae, lentis ıagnitudinem non superantes, pellucidae limpidam ympham continentes, ortae sunt. Similis minoribus esiculis, vesicula medio in dorso manus observata st. Altero die manus multo tumidior, durior, cadior, quam priore reddita est, fuscoque colore eryipelatoso in superficie nitebat.

Motio digitorum, imprimis pollicis, atque proatio et supinatio antibrachii impedita est, glanduıeque axillares modice intumuerant, et impressiones igitorum fere insensibiles erant.

Aegroti sitis aucta, ciborum appetentia dimiuta, lingua in apice rubra, in radice albido tegıento obtecta, conspicua erat. Ceterum digestionis rgana non erant turbata, atque aeger neque vomiıritionibus nec vomitu ipso nec doloribus intestiorum vexabatur. Sedes, quae priori tempore non etinebantur, inde a morbi initio deesse coeperunt, rgana uropoëseos, bene instructa, parvam copiam mpidae urinae secernebant. Functiones respiratiois non impeditas et dolores capitis nullo modo bservare potui. Cutis sicca, calida, vigore carebat.

Deliria tamen furiosa, supra commemorata, qui-bus aeger nocte praeterlapsa defatigatus erat, system nervorum et praecipue cerebrum aliquo modo affe-ctum fuisse, satis mihi declarare videntur, tum etiam cor et vasa sanguifera graviter commota fuisse, cum pulsus 120 ictus sexagesima horae parte faceret, ce-terum modice plenus, durus, celer, verisisimile est.

Hic rerum status cum esset, primum aegri ob-servandi facultas data mihi est: periculum in mora quum mihi esse videretur, quia morbum pustulam malignam esse censebam, aegrum statim in scholas clinicas demandavi, ubi Ill. Krukenberg diagnosin meam adeo affirmavit, ut nihil celerius ei faciendum quam causticum vesiculis applicandum visum sit. Ita factum est, ut maligna loca secundum leges cau-terio potentiali obtegerentur, hirudines Nro. XII circa manum applicarentur et natrum sulphuricum ad sedes efficiendas adhiberetur.

Ardor et pruritus cesserunt, et dolor, caustico ortus, quamquam nonnullas horas perdurabat, tamen aegrum, quominus cibos sumeret, non impedivit.

Postera nocte quieto somno gavisus est, tem-pore matutino bene valuit. Praeter spem nostram cautelae cum solitae in applicando cauterio non ne-glectae essent, causticum majorem partem cutis cor-rosit et fere totus pollex usque ad unguem eschara tectus est. Manus et brachium deinde detumuerunt

omnesque partes molliores redditae sunt, digiti mo-
oiles fiebant et glandulae axillares ad propriam ma-
gnitudinem redactae sunt.

Cataplasmata emollientia perpetuo adhibita, escha-
ram decem diebus post removerunt, superficiem se-
cundae phalangis plane nudam, quum tendo musculi
najoris extensoris pollicis cauterio consumta es-
set, ac ligamenta capsularia pollicis aperta esse,
nonstrarunt.

Postea vero celeriter, superioribus lamellis ex-
foliatis, necrotica phalanx granulationibus et cica-
risatione ulceris obtecta est.

Hoc modo, quum pueri, per quatuor hebdoma-
les semper bona valetudine gavisi ulcus optimis
granulationibus sanari coepisset, die septimo Julii
nensis, repente aeger pruritu atque ardore ulceris,
quamvis nulla caussa, quae lucis aliquid huic novae
ei affunderet, investigari posset, cum vinctura sem-
per laxe applicaretur, vexatus est. Mox autem pru-
itus gravi dolori cessit, qui sensim sensimque adeo
uctus est, ut manus praecipue in ambitu ulceris et
naxime intumesceret et dura redderetur magnumque
alorem, ruborem erysipelatodem exhiberet. Ulcus
psum, callosis marginibus cinctum, cinereum colo-
em in fundo traxit et liquidum ichorem subrubrum,
opiosum secernere coepit. Eodem tempore loca
lia quoque corporis similiter, ut manus in initio
norbi, affecta sunt. Nam in regione hypochondrii

dextri cutis subito in thaleri magnitudinem circu
scripte durissima, calidissima, rubra, tumida e
coepit. Media in parte tumoris vesicula pelluci
milium magnitudine non superans doloremque e
citans provenit.

Brevi autem post in crure et clunibus simi
modo cutis affecta est. Omnia enim haec loca v
siculis obtecta sunt, singulis vesiculis in media pa
tumorum dispositis, lentem vel fabam magnitudi
aequantibus, quas, priusquam in vesiculam ipsa
mutabantur, e papula subcutanea ortas esse, no
nullis in locis bene observare mihi licuit. Conqu
rebatur autem aeger de horripilationibus, eruption
vesicularum comitantibus, quae sequenti calori c
debant. Cutis, multo magis sicca quam antea, a
sudores non erat propensa. Pulsus plenus, frequen
paullulum tensus difficulter comprimebatur.

Mater pueri, quum curam gravem et energica
negaret, multisque in locis simul morbo corrept
malum non locale sed universale, diathesi propr
corporis, factum esse, perspicue appareret, hiruc
nes XXIV singulis locis applicatae sunt, oblatumq
est puero:

Rec. Aq. oxym.
Aq. fontan. dest.
Syrup. alth. āā ℥jj
M. S. Omni bihorio cochlear.

Altero die vesiculis ruptis tumores illi rubri

uri plane evanuere, ita ut tertio die prope nullum
iorbi vestigium in cute observari posset. Abhinc
emediis abstinui.

Post hanc eruptionem fere quotidie diversis in
cis, praecipue in inferioribus extremitatibus simi-
s vesiculae una cum omnibus symptomatibus, quo-
ım supra mentionem feci, exortae sunt.

$\frac{13}{7}$ in dextro genu et dextra sura.

$\frac{17}{7}$ in sinistro genu.

$\frac{19}{7}$ in malleolo externo sinistri pedis vesiculam brevi tempore magnitudinem nucis juglandis superantem colore subrubro observavi.

$\frac{25}{7}$ in dextra sura.

$\frac{27}{7}$ in dorso tertii digiti pedis.

$\frac{28}{7}$ in pene conjuncta cum phimosi.

$\frac{2}{8}$ dextra in sura.

Paullatim hae eruptiones vesicularum debiliores
ctae, et vesicula dextra in sura d. mens. Augusti
finitae sunt.

DIAGNOSIS.

Rapiditas, qua malum non solum manum, sed
iam brevissimo tempore brachium corripuit, ma-
ius tumor partium imprimisque maxima durities,
avi morbo corpus laborasse, indicant. Maximum
tem sane ad diagnosin confirmandam, morbum pu-
ılam malignam fuisse, dat momentum vesicula li-
do-nigricans, semipellucida, nonnullis vesiculis,

limpidam lympham continentibus, circumdata, pra
sertim cum, quae alia sit natura morbi, non pate

Quod ad eruptionem vesicularum secundaria attinet declarandam, cum res sit non modo insolit sed etiam memorabilis, multum operae consum scriptoresque qui opera de pustula maligna edid runt, ut aliquid a me descripti exanthematis simi invenirem, perscrutatus, nil simile invenire potu qua de causa mihi dicendum restat, utrum hoc e anthema novum et adhuc inauditum, an tamqua pustula maligna modificata haberi debeat.

Qua de re cum diu in dubiis versarer, ha denique sententiam verisimillimam arbitratus sun contagium non radicitus caustico exstinctum, diath sin in corpore provocasse, quae per quatuor heb domades vim suam et naturam exserens in eruptic nibus vesicularum procreandis, sensim sensimqu debilitata ac denique exhausta sit.

AETIOLOGIA.

Quamvis adhuc occultissima sit, tamen, qui in viciniis domicilii pueri coriarii erant, aegrum cu rebus, pustula maligna contactis, infectum esse, no dubito.

TERTIA HISTORIA MORBI.

Henrica Stelzner, Halensis, annos quinqu ginta quatuor nata, matrona corpore debili, atrab

arioque habitu, superatis morbis infantilibus, usque ad annum quadragesimum sextum, quo foetum abortu edidit, et posthac, per duodecim hebdomades, haemorrhagia uteri laboravit, semper optima valetudine gavisa est. Menses sine ulla corporis perturbatione anno decimo septimo aetatis apparuerunt. Inde ab hoc tempore largiter fluxerunt, donec mulier sine magnis molestiis anno quinquagesimo aetatis, catameniis orbata est. Vicesimo septimo anno connubium iniit, in quo quinque liberos vivos edidit, semperque per graviditatis tempus bene valuit. Haec quidem matrona duodecimo die mensis Augusti anni 1834 tempore vespertino subito pruritu in flexura cubiti dextri correpta, non multo post locum, paullulum rubefactum, magnitudine thaleri animadvertit, cujus media in parte, vesicula sublivida, milium magnitudine non superans, eminebat, quae sensim aucta est. Rubor deinde et tumor per noctem increscens totum per brachium diffusus est; aegra de dedolatione artuum et lassitudine querebatur, cibos repudiabat, linguam margine rubram media in parte muco flavo obtectam habebat.

Animo sollicita, quum totam per noctem somnum capere non posset, altero die tamen brachium melius se habere rata, res domesticas solito modo curavit. Interim vesicula ad pisi magnitudinem adaucta, colore livido nigricante, pellucida, circuitu duro cincta esse coepit. Accessit etiam febris alia-

que incommoda, quae totum per diem fuerant pe spicua. Nocte insequente propter dolores capi in basi cranii positos, dormire non potuit. Poste die mane vehemens dolor cubiti exortus est, frig conquassans et calor alternarunt, cor et arteri excitatae sexagesima horae parte circiter 120 ict fecerunt eosque duros, magnos, celeres; totum bra chium tumore et colore erysipelatode insigne, im pressionibus digiti tangentis restitit. Interea ves cula ista magnitudinem fabae majoris assecuta es et altera similis paululo minor, in interiori later flexurae cubiti posita, simili colore tincta, provenit Duae istae vesiculae, orbe vesicularum circumdatae quarum majores ambitum tumoris proxime tange bant, minores remotius apparebant, limpidam lym pham continentes, a magnitudine milii usque ad pis magnitudinem extensae sunt. Quatuor vesiculae al orbe vesicularum secundariarum circiter sexta pe dis parte distantes magnitudine semigrossi, color magis flavo, quam livido in conspectum venerunt Primitivis vesiculis apertis in fundo griseis, secun dariisque cauterium potentiale allatum est, et cata plasmata florum chamomillae, cum aqua oxymuria tica adhibita sunt.

Interne oblatum est:

Rec. Aq. oxymuriat.
Aq. fontan. destill.
Syrup. alth. aa ℥jj
M. S. omni hora cochlear.

Dolores caustico applicato paululum aucti, ho-
ris nonnullis peractis cesserunt, mox autem aegra
le doloribus rheumaticis in regione ossis sacri
questa est, et pedes quasi rotundatos esse sentire
se dixit. Pulsus ictus 115 fecit, molles, magnos,
egra affectionibus syncopalibus laboravit.

$\frac{15}{8}$. Aegra totam per noctem quiete dormivit,
lolores capitis valde diminuti, contra rheumatici
xorti sunt. Sitis vehemens, lingua media in parte
nuco flavo obtecta, in margine rubra fuit. Tumor
rachii auctus atque durior, quam priori die factus
st, et in inferiori parte escharae siccae, durae, ve-
iculae minores subrubrae, eaeque dolorificae appa-
uere. Sedes jam ab initio morbi retentae, adju-
ante clysmate excretae sunt. Glandulae axillares
ninus laborantes tumidaeque et superior brachii
ars digiti tactum moleste tulerunt. Aegra de hor-
ipilationibus querebatur. Pulsus idem ac priori
lie fuit. Propter vesiculas supra commemoratas
ubrubras causticum denuo adhibitum est. Interea
rachium in horas tumidius atque durius factum
st, ita ut tumor supinationem et pronotionem valde
npediret. Dolores rheumatici capitisque adhuc
erdurant, pulsus modice plenus, durus, tensus, cir-
iter 120 ictus fecit, tamen propter debilitatem ma-
ronae venaesectionem non indicare videbatur. Ma-
gnis locis aquam oxymuriaticam afferre et reme-
iis internis uti pergimus.

$\frac{16}{8}$. Aegram somno quieto gavisam se esse, i
vulnere atrocem dolorem sensisse dixit. Duriti
brachii et tumor multo major factus est, aegra d
bilis, morosa, moesta videbatur.

$\frac{17}{8}$. Omnia symptomata gravioris morbi ce
serunt, nam matrona bene dormivit, durities brach
cum tumore diminuta est, quamquam in circuit
escharae novae vesiculae apparebant colore subru
bro. Prope olecranon locus ruber dolorificus fui
sed fomentis ex aqua frigida adhibitis, tensio bra
chii et dolores cesserunt.

$\frac{18}{8}$ Quamvis aegra nocte non dormiverat, tame
non pejus quam priori die habere se dixit, brachiu
sensim sensimque detumuit et dolores evanuerun
obstructionibus alvi perdurantibus, neque sine clys
mate alvus soluta non est.

$\frac{19}{8}$ Sollicito animo aegra cubitum ivit et di
somnum capere non potuit. Appetitus ciborum ets
rediit, lingua humida, minus flavo muco obtecta, ci
bos tamen proprio gustu sibi esse affirmavit.

$\frac{20}{8}$ Propter insomnium prioris noctis ei pulvi
Doweri Эß sub vesperam oblatus est, optimo effe
ctu. Brachium in dies magis detumuit et aegra om
nino bene valuit. Cataplasmata emollientia floru
chamomillae locis malignis adhibentur.

$\frac{23}{8}$ Escharae jam suppuratione ab integris par
tibus dissolutae sunt, et aegra bene se habuit. Hi
erat morbi decursus in valetudinem denique tra

siens. Itaque ne lectores benevolos defatigem, tantum mihi liceat escharis dissolutis cicatrisationem optimam ulceris locum habuisse, neque motus impeditus, neque deformitas ulla membri remansit.

AETIOLOGIA.

In vicinitate aegrae, priusquam morbo corripiebatur, caprae nonnullae subito mortuae erant. Capram matronae idem morbus invasit, quare, quia suam quoque morte ablatum iri existimavit, mactari eam jussit, ut cutis ad minimum usum habere posset. Sanguine defluente pater, mater et filius contaminati sunt.

Pater tamen et filius bene valuerunt, mater autem, quia nudis brachiis neci adfuerat, morbo correpta est. Morbum caprae pustulam malignam fuisse verisimillimum est, quia nullis diebus post altera capra similiter affecta obiit.

QUARTA MORBI HISTORIA.

Henrietta Stelzner virgo viginti annos nata, quum semper bene valuisset, die duodevicesimo mensis Augusti, pustula maligna affecta est, quum mater ejus ante sex dies eodem morbo, ut praemissa in morbi historia exposui, correpta fuisset. Virgo in regione processus styloidei ulnae antibrachii dextri pruritu affecta, non multo post e fundo rubro vesiculam minimam pellucidam provenire vidit. Al-

tero die vesicula paululum aucta a commilitone H
qui matrem aegrae curavit, argento nitrico fuso lo
inquinata tacta sunt, quia virgo optavit. Prurit
deinde et omnia symptomata plane cesserunt, usqu
ad diem vicesimum secundum mens. Aug., quo di
submotus pruritus una cum doloribus capitis, quan
quam non vehementibus in fronte fixis rediit. Brev
post escharae circuitus ruber, dolorificus, tumidus
calidus, ardens, redditus est. Aegra inquiete dormi
vit, ac postero die mane antibrachium et manus tu
midiores et duriores, quam antea factas esse vidit
Una cum incremento dolorum capitis aegram vexantibus durities et tumor in horas incrementa capiunt. Praeterea horripilationes vomituritionesque intrarunt.

Sequente nocte puellula somnum capere propter dolores capitis vertiginesque non potuit. Interim circulus vesicularum subnigrarum circum escharam ortus est, et abhinc diagnosis, aegram pustulam malignam laborare magis magisque firmata est. Organa gastrica, quamvis ab initio morbi vomituritiones apparuissent, non valde laboraverunt, vertiginesque originem ab affectione capitis traxisse videntur. Lingua enim paululum rubra, muco albidoflavo leviter obtecta videbatur, appetitus aliquantum deminutus, non plane defuit. Siti aucta, alvi excretiones non impeditae sunt. Aegra in scholas clinicas chirurgicas translata, cauterio potentiali tractata ei-

que emeticum e tartaro stibiato et rad. ipecacuanhae proscriptum et aqua oxymuriatica, omni bihorio cochlear, oblata est. Pomeridiano tempore venaesectionem unciarum XII propter pulsum plenum, frequentem, durum instituimus, idque tam prospero successu, ut dolores capitis celeriter evanuerint, et aegra sequente nocte bene dormiverit. Sanguis magnam copiam cruoris spissa cum crusta inflammatoria praebuit. Abhinc aegra cataplasmata emollientia locis affectis adhibuit, lectulumque relinquere potuit, quum omnia symptomata morbi cessissent. Eschara octo diebus post suppuratione benigna dejecta, ulcus optimis granulationibus obtectum, granulationibus claudi coepit, quas solutione argenti nitrici fusi adjuvimus. Tali modo cicatrisatione vulneris tribus hebdomadibus plane perfecta cicatricula non deformis relicta, usum membri non impedivit.

AETIOLOGIA.

Luce clarior est, cum mater aegrae eodem morbo laborasset, unde unam eandemque causam infectionis adfuisse perspicuum est.

Adjiciam nonnulla experimenta et naturae chemicae contagii et vis ejus explorandae causa in animalibus instituta. Charta exploratoria curcuma saturata lympha ex vesiculis sumta contaminata, nullo modo mutata est. Repetivimus experimenta omni-

bus in aegris frustra, tamen ad naturam alcalina contagii notandam, quam Hoffmannus se invenis affert, operam consumsimus.

Cuniculus autem, cui tribus corporis locis, dorso, latere et crure, lympha per cutem leviter a illita erat, tribus diebus post obiit.

Sectio cadaveris cuniculi duodecim circ ter horas post mortem instituta.

Loca, quibus contagium illitum erat, vivo cun culo minime affecta esse videbantur. Nam inflam mationis, duritiei, tumoris fere expertia erant, omnino animal usque ad postremam vesperam ben valuit, unde concludendum est, mortem subito in trasse. Sub cute in corruptorum locorum ambitu tela cellulosa in gelatinosam massam colore subflav mutata erat, et vasa sanguifera, scatentia lympha tica, dissoluto sanguine nigro repleta, in correpto rum locorum propinquitate observavimus, glandula inguinales intumuerant, ad easque vasa lymphatic satis perspicue decurrentia videbantur. In cavo ab dominis pectorisque eadem gelatinosa massa copios repleta fuit. Ventriculus et tractus intestinorum c bis repleti, extensi non valde laboraverant, contr lobus dexter hepatis, magnam copiam nigri dissolu sanguinis continuit. Lien turgidus sanguine nigru colorem praebuit, et facile disrumpi poterat. Ca vum pectoris, gelatinosa illa massa repletum, no

quidem parenchyma pulmonis ipsum, sed multo magis pleura costarum atque pulmonum affecta erat. In cordis dextro atrio copia nigri sanguinis inventa erat. Cavum cranii quoque signo morbi caruit, excepta injectione vasorum venosorum.

In altero cuniculo, ad quem contagium lympha ex vesiculis sumta tribus in locis, in nucha, dorso et crure sinistro, translatum erat, qui post viginti quatuor horas vita defunctus est, fere omnia signa destructionis, cujus supra mentionem feci, inventa sunt, et praecipue in regione nuchae et sub cute totius colli magna copia gelatinosae massae deposita erat, minor copia aliis in locis, cujus analysin breviter afferam.

ANALYSIS CHEMICA.

Gelatinosa massa, in nucha et circa collum cuniculi disposita, pondus grammarum quinquaginta trium habuit, et magnam copiam albuminis natrique chlorati, massam fibrinam et aquam continuit. Pars minima hujus massae usta, vestigia calcariae praebuit, quocum acido conjuncta fuerit, propter paucitatem distingui non potuit.

V I T A.

Ego Ludovicus Bernhardus Greese, die vicesimo terti mensis Octobris A. MDCCCVIII in pago Neunndorff Pomeraniae patre Ottone, domino fundi, matre Maria e gente Koehn na tus et evangelicae confessioni addictus sum. Primis studioru elementis Gymnasio Sedinensi imbutus sum, tum anno hujus sae culi vigesimo sexto Gymnasium Stargardiense, directore Cel. Falb per annos quatuor et semis frequentavi. Quo tempore praeterlaps maturitatis testimonio munitus anno MDCCCXXXI in alma Frid riciana Halensi a prorectore magnifico Ill. Gruber in civium aca demicorum numerum receptus, decano beat. Meckel in albu facultatis medicae inscriptus, per annos tres et semis hasce lectio nes praeceptorum optime de me meritorum audivi: Beat. Spren gel de botanice, Ill. Friedlaender de encyclopaedia et metho dologia medica, Ill. Hinrichs de philosophia fundamentali, Ill Germar de mineralogia, Cel. Moser de osteologia, Ill. Schwei ger de chemia, Beat. Meckel de anatomia, ab eodemque in art cadavera rite dissecandi institutus sum. Ill. Gerlach de logic Ill. Nitzsch de helminthologia, Ill. Friedlaender de physio logia, Ill. Schweigger de physice, Ill. Nitzsch de zoologi Beat. Sprengel de fabrica plantarum, Ill. Tieftrunk de psy chologia, Ill. Friedlaender de pharmacologia, Ill. Kruken berg de pathologia et therapia generali specialique, Cel. A. Spren gel de plantis off., Ill. Niemeyer de arte obstetricia, Ill. Bla sii de chirurgia generali et speciali praelectionibus operam ded Exercitationibus clinicis medicis Ill. Krukenberg per annu et dimidium, obstetriciis Ill. Niemeyer per annum dimidiun chirurgicis Ill. Blasii per semestre interfui. Tempore St. Mi chaelis A. MDCCCXXXIV almam Berolinensem universitatem adi et rectore Magnifico Ill. Steffens in civium academicorum nu merum receptus, decano spectatissimo Ill. Busch in album facul tatis medicae inscriptus sum, exercitationibusque clinicis med. Ill Bartels et Cel. Wolff, nec non chirurgicis ophthalmiatricisqu Ill. de Graefe interfui.

Tentamine philosophico medicoque jam et examine rigoros rite absolutis, spero fore, ut dissertatione thesibusque palam defen sis, summi in medicina et chirurgia honores mihi concedantur.

T H E S E S.

1. Phthisis tuberculosa pulmonum est sanabilis.
2. Laryngotomia in angina membranacea plane rejicienda est.
3. Primam vulnerum intentionem post amputationem semper pe tendam esse, contendo.
4. Arsenici usus internus non semper rejiciendus.